



M. And
d. prima
tonis
Hilfoni
d. vita
Apostol
Arauf
Quod A
d. abs
d. Althe
offim
d. Auro
Arco
Algeb
Aker
Anim

Dog

47

No. XV.

MISCELLANÆ THESES

Quas

Occasione Discursuum publicorum
collectas,

SUB PRÆSIDIO

JOANN à SCHULTZ
SZULECKI, JCT.

privato - publicæ disquisitioni submitunt

Respondens

JOH. ADAM BENEKENDORF,

& Opponentes

DD. SCHULTZ ET PLARRE.

d. 7. Aprilis M D C C I I

Francofurti ad Viadrum,

Typis TOBIÆ SCHWARTZII.





I.

Ultimo tandem loco de delictis agendum: Quo-
rum distinctio inter delicta privata & publica jure
Civili introducta nec moribus penitus sublata est, licet
quidam dissentiant.

II.

Pœna verò in delinquentes Jure Civili sancita & Na-
turali & Divino juri convenientissima est, licet jus Natu-
ræ nullas pœnas sanciat. Ast jus Divinum universale in
pœnis quidem dictatis omnes gentes obligat, non verò
particulare illud Mosaicum, cui contrariis Principum
sanctionibus vel exasperando pœnas, vel eas mitigando
rectissime derogari potest.

III.

Et hinc pœna adulterii, tam illa Constitutionis Cri-
minalis & Juris Saxonici severa, quam Lubecensis statuti
& consuetudinis ab Hebræis post captivitatem Babiloni-
cam introducta lenis ac mitis, justissimis rationibus de-
fendi ac sustineri potest; quicquid in contrarium asserat
Mevius. Item furti pœna Jure Civili, Divino & glor. mem-
Friderici Wilhelmi M. Constitutione in Corpore Juris
Prutenici sancita tantis justitiæ Regulis nititur, quam-
vis durior illa, quæ vulgò esse creditur, suspendii pœna.

IV.

Pœna in perduelles jure Civili decreta justissimis ex
causis à principibus recentioris ævi mutata est, auctâ in
ipsos perduelles rigidiori pœna, mitigatâ verò libero-

rum

rum utriusque sexus & agnatorum respectu. Si quibus tamen in locis rigor civilis adhuc obtineat, defendi utiq; potest, non quidem ex illa in *L. 5. C. ad L. Jul. de Majest.* allegata ratione, sed ex alia potiore causa.

V.

Dispensatio circa homicidii poenam, licet nulla admitti posse videatur; Non tamen defunt causæ quædam prægnantes, quæ ex conjectura voluntatis Divinæ de promptæ, vel differri, vel planè tolli jubent supplicium.

VI.

Homicidam delinquentem superveniente licet vel simulato furore ad supplicium trahi posse defendere non dubitamus. Imò etiam Infanticida mater triduo post partum, nec dum recuperatis viribus, ferro ultorri rectè submitti potest.

VII.

Sunt quædam personæ, quas vilitas conditionis à poena ordinaria liberat quandoq;ve, quandoq; tamen etiam duriori poenæ subicit: Idem sentiendum à contrario de personis in dignitate constitutis, ratione poenæ augendæ vel temperandæ.

VIII.

Poenam cum morte naturali expirare communiter statuitur. Non tamen fit injuria, si etiam in ipsum cadaver demortui delinquentis executio decernatur, idque nec N. nec G. neque Divino juri contrarium, licet obstant argumenta non penitus contemnendi ponderis, à Grotio lenitatis amantissimo collecta *L. 2. c. 19.*

XI.

IX.

Crimen læsæ Majestatis Divinæ licet directè non sit objectum judiciariæ potestatis humanæ, justissime tamen punitur blasphemans in foro humano.

X.

Imò denique & Hæreticus in eodem foro pœnæ subjici potest, non verò Judæus, neqve Ethnicus. Cæterum dari aliam hæresin Ecclesiasticam, aliam Politicam, aliam Oratoriam, tanqvam paradoxon defendi potest.

F I N I S.

01 A 6541

ULB Halle 3
003 090 396




TA → OL

1018
VJ 17







B.I.G.

Farbkarte #13

47

No. XV.
**MISCELLANÆ
THESES**

Quas
Occasione Discursuum publicorum
collectas,
SUB PRÆSIDIO
**JOANN à SCHULTZ
SZULECKI, JCT.**

privato - publicæ disquisitioni submitunt
Respondens

JOH. ADAM BENEKENDORF,
et Opponentes

DD. SCHULTZ ET PLARRE.
d. 7. Aprilis M D C C I L

Francofurti ad Viadrum,
Typis TOBIÆ SCHWARTZII.

